

CONSTITUTIONES

PONTIFICIAE

ET ROMANARUM CONGREGATIONUM

DECISIONES AD SACROS RITUS SPECTANTES,

Omnibus utriusque Cleri Ecclesiasticis
ubique Locorum existentibus

Ad hoc perutiles & necessariae. *Coll. U. Knecht
ex coll.*

JO: BAPTISTA PITTONO
SACERDOTE VENETO
COLLECTORE.



EXCUDEBAT VENETIIS

Leonardus Pittonus Collectoris Pater:

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

A N N O M D C C X X X .

CONSTITUTIO
SIXTI QUINTI
IN QUA ERIGITUR
CONGREGATIO
SACRORUM RITUUM,
ET COEREMONIARUM.

Am verò, cùm Sacri Ritus, & Cœremoniæ, quibus Ecclesia à Spiritu Sancto edocta ex Apostolica traditione, & disciplina utitur in Sacramentorum administratione, Divinis Officiis, omniq[ue] Dei, & Sanctorum veneratione, magnam Christiani Populi eruditionem, veræque Fidei protestationem commendent, Fidelium mentes ad rerum altissimarum meditationem sustollant, & Devotionis etiam igne inflammat, cipientes Filiorum Ecclesiæ pietatem, & Divinum cultum Sactis Ritibus, & Cœremoniis conservandis, instaurandisque augere.

S. i. Quinque Cardinales delegimus, quibus hæc præcipue cura incumbere debeat, ut veteres Ritus Sacri ubivis locorum, in omnibus Urbis, Orbisque Ecclesiis, etiam in Capella nostra Pontificia, in Missis, Divinis Officiis, Sacramentorum administratione, cœterisque ad Divinum cultum pertinentibus, à quibusvis Personis diligenter observentur, Cœremoniæ si exoleverint restituantur,

21339 - 22402

CONSTITUTIONES AC DECISIONES AD SACROS RITUS SPECTANTES, EDITÆ ANNIS, DIEBUS, & MENSIBUS, UT INFRA.

Annæ

1262. die..&c. — **F**estum SS. Corporis Christi pro

Numéri
x
Feria quinta post Octavas Pen-
tecostes quotannis celebrandum instituitur: Om-
nibus autem Christifidelibus vere pœnitentibus
& confessis, qui Matutinali Officio Festi ejus-
dem, in Ecclesia, in qua idem celebrabitur, in-
terfuerint, centum: qui vero Missæ, totidem:
qui autem in primis iplius Festi Vesperis interfue-
rint, similiter centum: qui vero in secundis Ve-
speris, totidem: illis vero, qui Primæ, Tertiæ,
Sextæ, Nonæ, ac Completorii Officiis interfue-
rint, pro qualibet Horarum ipsarum, quadra-
ginta: illis autem, qui per Octavas illius Festi,
Matutinalibus, Vespertinis, Missæ, ac prædi-
tarum Horarum Officiis interfuerint, centum
dies, singulis Octavarum ipsarum diebus, de in-
junctionis sibi pœnitentiis relaxat *Urbanus IV. apu.*
Cherubin. in Bullar. Rom. tom. I. Constitut. I.
eiusdem Pontific. quæ incipit Transiturus. ¶ Vi-
de infra, 1429. 26. Maii, il 1.

1390. 9. Nov. — Festum Visitationis Beatæ Ma-
ritæ Virginis pro die secunda Julii instituit Urba-
nus VI. anno 1389. 8. Aprilis, sed eo morte præ-

1729. 30. Jul. — Sequens Elogium S. Joannis Nepomuceni, scilicet: *Decimo septimo Kalendas Junii: Pragæ in Bohemia S. Joannis Nepomuceni Metropolitanæ Ecclesiæ Canonici*, qui frustâ tentatus, ut *Sigilli Sacramentalis fidem proderet, in flumen Moldavam dejectus, Martyris Palmam emeruit*: approbavit, ac in Martyrologio Romano sub die decimasexta Maii apponi, ac imprimi posse censuit *Congregatio Rituum annuente Benedicto XIII. die 6. Augusti ejusdem anni 1729. in Decreto Urbis & Orbis, quod ego Domi retineo, impressum Romæ Typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ 1729.*

Si aliqua ex meis opinionibus non sit ritè, & rectè fundata, eam, omnemque aliam, totamque meam Collectionem humillimè submitto iudicio & censuræ Sanctæ Matris Romanæ Ecclesiæ, cuius me fateor ac profiteor obediensissimum Filium.

L. D. M. D. A. P. ac S. I. L.